



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloster Marienwalde die Dörfer Raackow, Hitzdorf, Göhren und Költzig und den Hof Wildenow, am 30. September 1354.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXVII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloster Marienwalde das Dorf Hitzdorf, am 6. April 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus ob honorem et reverenciam omnipotentis, dei genitricis gloriose virginis marie et omnium sanctorum dedimus, damus et solempni donacione donamus presentibus religiosis viris Abbati, priori et conventui fratrum ordinis cisterciensis in Marienwold, caminenfis diocefeos, proprietatem totius ville Hitzstorp cum omnibus suis agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, paludibus, lignetis, rubetis, nec non cum universis et singulis pertinentiis ad dictam villam pertinentibus, prout est in suis terminis sita et eciam limitata, ut fratres inibi deo servientes propter augmentationem necessariorum magis et magis ipsi Altissimo famulentur, jure tamen vasalionatus et servicio vasalli et vasallorum, si quod vel que nobis in ea competit vel competant, omnimode reservato, sic quod predicti abbas, prior et conventus proprietatem memorate ville in perpetuum sine impedimento quolibet pacifice iusto proprietatis titulo possidere debebunt. Renunciantes pro nobis, fratribus et heredibus omni juri, actioni et cuilibet impetitioni quoad dictam proprietatem, quod vel que nobis competebant, competunt vel competere possent in dicta villa quomodolibet in futurum, nostro jure ut premittitur solum modo reservato. In cujus etc. presentibus Schwartzburg, Hassone de Valkenburg, Johanne de Wedel cum ceteris. Datum Schowenflyth, Anno MCCLIV. feria II. ante palmarum.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 89.

XXXVIII. Markgraf Ludwig der Römer vereignet dem Kloster Marienwalde die Dörfer Raakow, Hitzdorf, Gbhren und Kölsig und den Hof Wildenow, am 30. September 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei et gloriose genitricis sue virginis Marie ac omnium sanctorum, nec non ob jugem seu perhennem progenitorum nostrorum et predecessorum nostrorum cunctorum memoriam dedimus, damus et solempni donacione donamus per presentes honorabilibus ac religiosis viris Abbati et conventui fratrum monasterii memoris sancte marie, ordinis cisterciensis, Caminenfis diocefeos, presentibus et futuris villas subnominatas videlicet Rakow, Hitzstorf, Gorn, Goltzick et curiam Wildenow cum omnibus suis agris, cultis et incultis, aquis, pascuis, piscaturis, molendinis et eorum emolumentis, lignis, rubetis, pratis et summariter cum omnibus et singulis ipsorum pertinentiis conjunctim vel divisim et mero ac pleno jure, secundum quod sint in suis metis, terminis et limitibus situate, cum censu, pactu, precaria denariorum, frumenti et curruum, cum iudicio supremo et infimo, cum officio prefecture et realibus ac personalibus serviciis quibuscunque, jure vasallatus seu servicio vasallorum duntaxat excepto, si quod vel que nobis competat seu competant in eisdem, quod ac que nobis et nostris heredibus libere reservamus, sic quod dicte ville cum curia antedicta ad prefatos fratres et conventum proprietatis iusto titulo debeant jugiter pertinere. Re-

nunciantes etc. In cujus etc. presentibus Wanthsleve, Nic. Kokeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gunthero de Guntersberg, Johanne de Wedel, Thiderico et Ottone Morner cum ceteris. Datum Arnswolde, Anno MCCCLIV. in die sancti iheronimi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 77.

XXXIX. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt dem Kloster Marienwalde alle von seinen Vorfahren verliehene Besitzungen und Befreiungen, am 30. September 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. honorabilibus viris et religiosis fratribus Abbati et conventui Marienwolde, ordinis cisterciensis, Caminensis dioeceseos, devotis nobis dilectis, omnia et singula privilegia, literas, gracias, donaciones, jura, immunitates et libertates, ipsis ab illustribus principibus predecessoribus nostris quondam marchionibus brandenburgensibus divine recordacionis, et specialiter a dilecto fratre nostro domino Ludovico indulta et indultas approbamus, ratificamus et presentibus literis confirmamus, volentes ea et eas in sui roboris firmitate jugiter permanere mandantes quoque obinde omnibus et singulis nostris officiatis advocatis, equitatoribus terrarum nostrarum et eorum substitutis presentibus et qui pro tempore fuerint, ut nullus eorum contra presentem confirmacionem nostram quicquam facere debeat, audeat vel presumat vel attemptet, sicuti nostram ingratitudinem voluerit evitare. In cujus etc. presentibus Wanthsleven, Arxleven, Kockeritz, Petro de Bredow, Ottone de Sliwen, Gothfrido Kotebuz, Guntersberch, Ottone Mornero et preposito Bernowenfi. Datum Arnswolde, anno MCCCLIV. die iheronimi.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geheimen Staatsarchives f. 76.

XL. Markgraf Ludwig der Römer vereignet der Stadt Arnswalde noch acht Hufen in Sammenthin, am 4. Oktober 1354.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus et solempniter donacione donamus per presentes prudentibus viris consulibus civitatis nostre Arnswolde, presentibus et futuris, fidelibus nostris dilectis, et civitati eiusdem VIII mansorum proprietatem sitorum in villa Szammentin, pro quibus nobis IV marcas denariorum levium erogarunt, quos quidem mansos cum omni usufructu, commodo, honore et summarie cum omni iure, quibus predictis consulibus prius eciam contulimus quosdam mansos, sicut in literis predictis nostris et privilegiis de super confectis plenius continetur, debebunt in perpetuum pacifice iusto proprietatis titulo possidere. Benunciantes etc. presentibus Henrico de Wedel, Haffone de Valkenburg, Johanne de